

96 Caput VIII. De Temperantia.

VIII. Considera, si impatiens fueris, te omnem fructum, quem ex tribulatione capere poteras, perdere; & sensum mali per impatientiam non mitigari, sed exasperari: patientiam vero non solum mitigari: sed tantam saepè consolationem infundi, ut malum vix sentiatur, vel etiam penitus obruatur.

His perpensis, statues tecum omnia que tibi acciderint, accipere de manu Domini, cogitando miliecuplo plura & graviora te promeritum. Secundo, statues, non solum illa patienter, sed etiam cum gaudio ferre, cum tanta bona per tribulationem tibi sint obventura.

C A P U T VIII.

Quomodo excitandum temperantiae studium?

Considera, quanta bona secum temperantia ferat; & quanta mala intemperantia,

I. Temperantia prestat corpus sanum, yegatum, agile, ad omnes suos motus expeditum, & omnia pænè morborum genera pellit. Nam omnes ferè morbi ex intemperantia proveniunt.

II. Prae-

II. Præstat longævitatem, ut innumeris exemplis eorum, qui in summa abstinentia diutissimè vixerunt, ostendi potest. Cūm enim excludat morbos, quibus vita plerumq; ante tempus succidi solet, facit ut vita producatur, donec exhausto calore nativo, & humore primigenio, pér se instar lucernæ extinguitur. Hinc scriptura Ecclesiastici 27. *Qui abstinens est, adjicet vitam.*

III. Præstat vigorem sensibus externis, qui abundantiâ cibi potusque obtundi solent.

IV. Mitigat animi passiones, præsertim iracundiam & melancholiā, sed super omnia tentationes carnis; nec ullum post gratiam divinam est efficacius adversus eas remedium. Unde illustres quique Sanctorum maximè præsidio temperantie & jejuniij in hoc prælio usi sunt, & viētores extiterunt.

V. Mentem reddit expeditam & alacrem ad omnes suas functiones, & orationem, meditationem, studia, conciones, ad danda consilia, & quævis negotia tractanda: denique facit idoneam divinis illustrationibus excipiendis.

Intemperantia hōrum omnium præstat contraria. Perpende itaque quām turpe sit,
G quan-